

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagrata <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

X

ABSOLVTIO GENERALITER.

1. *In articulo mortis nulla est reservatio.*
2. *Articulus mortis censetur, quo ager probabiliter moriturus creditur.*
3. *In eo articulo absolueri potest quivis Sacerdos.*
4. *Absolui potest non sana mentis à censuris, ut sepeliatur in loco sacro.*
5. *Etià à peccatis, sub conditione.*
6. *Priuilgium singulare ac Indulgentia pro Regularibus.*
7. *Articulo mortis aequiparatur Impedimentum Canonicum.*
8. *Absolutio à Casibus Papalibus restringitur ad Episcopos.*
9. *Extenditur ad Regularès.*
10. *Item ad quemvis Sacerdotem approbatum.*
11. *Requiritur autem, ut Impedimentum sit legitimum. 2. adsit causa iusta. 3. praestit à cautione & cum onere comparandi. 4. satisfactione partis laesae.*
12. *Extensio ad Casus reservados quoscunque.*

§. 1. ABSOLVTIO IN ARTICVLO MORTIS,

1. *Absolutio in mortis articulo.* 1. **I**N articulo mortis quilibet Sacerdos quemuis ab omnibus censuris & peccatis, quomodocunque referuatis absoluedi potestatem habet ex Deer. Conc. Trid. *sess. 14. c. 7.* vbi S. Synodus; Delictorum referuationem, inquit, consonum est Diuinæ Auctoritati non tantum in externâ Politia, sed etiam coram Deo vim habere, veruntamen piè admodum, ne hâc ipsâ occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesiâ Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit referuatio in articulo mortis, atque ided omnes sacerdotes quoslibet Pœnitentes à quibusvis peccatis & censuris absoluere possunt. Hucusque S. Conc.

II. *Articulus mortis quando cessatur.* 2. Censetur autem articulus mortis, non solum in quo quis moritur, sed in quo probabiliter timetur aut speratur à Medicis, vel alijs Viris prudentibus alicuius mors, etsi postea euadat vel conualescat. (neque refert ab extrinseco an intrinseco immineat mortis articulus, vel mortis periculum, quæ in proposito perinde se habent) cum iura facientia potestatem absoluedi non distinguant inter articulum & pericu-

periculum mortis; vt patet ex c. *Eos qui. de sent. Excom.* vbi qui prius vocatur articulus mortis, paulò post, vocatur periculum: ac insuper ex 17. q. 4. c. *si quis.* Et contra Val. & Soc. tuetur cum alijs Syluius in *suppl. 3. p. q. 9. a. 6.* & N. P. Cyprian, in *Reg. S. N. P. Francisci c. 7. lect. 23.* vbi proinde cum Sayr. Articulum mortis describit, cum quis propter ægri tudinem vel ex senectute vel alia quacunque causa intra paucos dies valdè probabiliter creditur moriturus. Si miles in bello propinquus sit conflictui & hostes aggressurus. Si quis damnatus ad mortem infra paucos dies debeat plecti. Item quando mulier est partui proxima & nondum aliàs peperit, aut si peperit, experta est parere se cum vitæ periculo. Item cui debet excindi calculus aut hernia. In periculo etiam mortis dicuntur infirmi grauiter (præsertim vbi periculū est incidendi in amen tiam. Sanch. l. 2. Mor. c. 13. n. 2.) quos docet Sancius *select. Disp. 12. n. 5.* & Cælestin. *rr. 1. c. 13. q. 1.* apud Dian. p. 3. *rr. 4. Res. 57.* & p. 5. *rr. 3. Res. 69* posse simplicem etiam Sacerdotem absolvere à referuatis à prima die infirmitatis periculosa, vt doloris lateris, Pleuritis, &c. Et siue periculum mortis sponte quis adeat siue necessitate co actus. Neque in hac re simplicem Sacerdotem

dotem debere nimis esse scrupulosum, contra Sotum docet Sanch. *tit. n. 5.* cum Henric. *l. de Penit. c. 11. n. 3.* sed in dubio, an adueniet Sacerdos expositus, debere absolueri, ne periculo infirmum exponat. Idem verò est non adesse legitimum Sacerdotem, & adesse, sed nolle, vel non posse audire confessionem existentis in eo articulo, cum in utroque casu militet necessitas, ac verum sit non dari Confessoris copiam.

III.

*Quis tum
possit ab-
soluere.*

3. Quintimo Sacerdotes omnes non approbatos ac rudissimos, nominatim etiam ac palam excommunicatos, suspensos, interdictos, degradatos, & infideles in eo articulo posse absolueri quoslibet penitentes à quibusvis peccatis & censuris, &c. ex Trid. *tit. vbi apertè ac sine distinctione dicitur*: In articulo mortis nullam esse peccatorum reservationem, sed eorum absolutionem omnibus Sacerdotibus perpetuè Ecclesie consuetudine concedi, &c. non improbabiler inferit Dian. *p. 1. tr. 5. Res. pluribus allegatis*; quibus adde P. Elig. *V. Extom. 5. n. 7.* & P. Caspenf. *de Penit. disp. 5. sec. 16. & de Censuris disp. 2. sec. 12.* (licet tibi contrarium & probabilius teneri dicat) asserentes in eo casu licere confiteri cuicumque simplici Sacerdoti etiam presente approbato Confessario, aut alio superiore,

riore, cui casus illi & censuræ referuntur, vel per privilegium conceduntur.

Quod porro Sanch. & Elig. *cit.* putant censuras, à quibus quilibet Sacerdos in articulo mortis absolvere potest, solas eas esse, quæ Sacramentis ab ægro recipiendis & Ecclesiasticæ sepulturæ obstant, ut sunt Excommunicatio & interdictum personale, suspensio à Sacramentorum receptione & Ecclesiastica sepultura; non autem Irregularitas, suspensio ab Ordine, officio vel Beneficio. Hæc, inquam, non placent nostro Caspensi *cit. sec. 12.* Quia cum concilium non distinguat, sed absolute concedat ab omnibus referuatis, non est cur nos distinguamus.

4. Concedunt verò etiam tam Casp. quàm Sanch. si in tali articulo contingat, non posse quem absolvi à peccatis, v. g. quia infirmus non esset sanæ mentis, nec vlla dedisset signa contritionis, nihilominus absoluendum esse à censuris, ut sepeliri possit in loco sacro, vel etiam ut pro eo fiant suffragia nomine Ecclesiæ. Et si non esset præsens Sacerdos, ut absoluat Clericus primæ tonsuræ à censuris: nam proderit hæc absolutio ad Ecclesiasticam sepulturam, & ad prædicta suffragia secundum probabiliorem sententiam. Imò deficientem

IV.
à quibus.

A 4

te Cle-

te Clerico primæ tonsuræ vt absoluat Laicus à censuris; quia secundum sententiam in eo articulo Clerico absente vel nolente potest Laicus validè absoluerè ab ea iuxta præsumptam voluntatem Papæ. Addit v. rò Sanch ita debere fieri, cum sit probabilis ea opinio. Vide porò Dian. p. 3. tr. 4. Ref. 133. & in addit. Ref. 12. & p. 5. Ref. 77. & tr. 9. Ref. 7. Et hoc ad nudam censuræ ablationem.

V.
Et si moribundus confiteri nequeat.

5. Pro sacramentali eorundem peccatorum absolutione, sciendum est præterquam, quod quivis Sacerdos, etiam non approbatus, vt dictum, absoluerè potest constitutum in mortis articulo, qui peccata sua saltè in genere confiteri valet; Potest ac debet etiam propter tam instantem mortis necessitatem absoluerè moribundum ad confitendum amplius non idoneum, saltem sub conditione, si capax est absolutionis, quando nullum penitus signum dedit. Imò si fortè actualiter peccando, tam subito destituatur sensibus quis, vt non possit humanitus loquendo, atteri, regulariter sine absolutione dimittendus non videtur, cum rarissimè contingat, vt morti vicinus non velit suæ saluti consulere per aliquam attritionem. Quia per conditionem cauetur iniuriæ Sacramenti, & ex alia parte consulitur;

absolvitur, quantum fieri potest, saluti mori-
bundis, qui per mores Christianos aliàs totà
vita notoriè peccatos, in tali articulo & at-
tente & satis superque confessionem pete-
re præsumitur. *De quo vid. Dian. p. 3. tr. 3.*
Ref. 8. Tamburin. in Method. exped. Conf. l. 2.
p. 3. tit. 20. §. 1.

6. Pro Religiosis habetur insignis gra-
tuita Sixti 4 per quam: quicumque Confes-
sor quemlibet Religiosum Mendicantium,
vel eorum, qui gaudent illorū privilegijs,
ab omnibus casibus, nullo excepto, cum
omnimoda auctoritate, ac si in illo actu es-
set summus Pontifex, absolvere potest, &
eadem auctoritate ei indulgentiam plena-
riam concedere. Ita verbotenus refert &
expedit Soar. *to. 4. de Rel. tr. 8. l. 2. c. 19.*
similem gratiam Regularibus concesserunt
alii Pontifices, quorum meminere Miranda
to. 2. Man. q. 33. a. 7. Peyrin. in formul. lit.
A. c. 6. vbi hunc in finem duas ponit ab-
solvendi formulas, breviorē aliquam af-
fert Rodriq. to. 1. qq. Reg. q. 62. a. 2. q. 9.
Et sic habet:

Auctoritate mihi commissa absolvo te
ab omnibus peccatis tuis, in quantum pos-
sum, & restituo te Sacramentis Ecclesie, &
concedo tibi Indulgentiã plenariam, quam
tibi concessam à Domino Papa, si forte non
As moriaris,

VI.
Privilegi-
um in hoc
& Indul-
gentia Re-
gulariũ.

moriaris, eadem auctoritate referuo tibi pro ultimo articulo mortis. In nomine Patris, &c. Aliam habes in Comp. Priuil. Mend. post finem, vbi author monet multos amittere tales gratias, quia eorum Confessarij eis illas non applicant, &c.

§. 2. ABSOLVTIO PROPTER
IMPEDIMENTVM CANONICVM.

VII.
Articulo
mortis
æquipa-
ratur im-
pedimen-
tum Ca-
nonicum.

7. **A**rticulo mortis æquiparatur etiam impedimentum canonicum. c. Et qui, de sent. excom. in 6. vbi deciditur: vt qui à sententia Canonis vel hominis (quum ad illum à quo aliàs de iure fuerant absoluedi, nequeunt propter imminens mortis articulū, aut aliud impedimentū legitimum, pro absolutionis beneficio habere recursum) ab alio absoluantur, &c. cessante periculo, Reseratori se præsentent, Et hanc esse communem sententiam testatur Sanch. l. 2. Mor. c. 13. n. 36. post Covar. in c. Alma Mater. p. 1. §. 11. n. 15. Ratio huius sumitur ex c. vlt. de Pœnit. & rem, l. 5. Decret. ne pro dilatione pœnitentiæ (seu absolutionis) periculum imineat animarum, &c. Quod certè immineret, si, qui patitur, perpetuum vel diuturnum impedimentum, toto illo tempore nō posset absolui, quam-

is à contumacia recessisset & paratus esset
 arere Ecclesiæ mandatis; per totum enim
 lud longū temporis spacium existeret pri-
 atus communionē fidelium, participatio-
 e sacramentorum & Ecclesiæ suffragijs:
 Quæ ratio cū sit eadem de omnibus casi-
 bus Papalibus, in casu perpetui vel diurni
 impedimenti, censenda est in Ecclesia ea-
 dem quoque adesse & perseverare disposi-
 tio, quicquid Sanch. *tit. hæresin excipiat.*

8. Veruntamen quia tanta necessitas
 aut moræ periculum non est in casu impe-
 di menti, sicut in articulo seu periculo mor-
 tis, eadēque facultas absoluendi non exten-
 ditur ad quoscunq; sacerdotes vt supra di-
 ctum. In casibus igitur Papalibus & cen-
 suris, Excommunicationis scilicet, suspen-
 sionis & interdicti notorij ac publicis (nā
 in occultis cæteroqui licet Episcopis ex
 Trid. *sess. 24. c. 6. de Res.*) absoluere spectat
 imprimis ad Episcopum tanquā proprium
 Pastorem & potestate ordinaria, quæ cū
 per reservationem illi sublata esset, existen-
 te impedimento recurrenti personaliter ad
 Papam, eidem restituta censetur. Dian. *p. 7.*
tr. 10. Res. 23. Dico, Personaliter; quia jus
 non obligat, vt se per tertiam personam su-
 periori absoluto præsenteret pœnitens, sed
 per seipsum. Et quando per seipsum ne-
 quit;

VIII.

*Sed cū lū-
 miratione
 aliqua.*

quit, iudicat illum legitimè impeditum
*c. Quod de his. c. de cetero, &c. Quamuis. de
 sent. Excom. ibi:* siue quolibet impedimento
 retrahatur, quo minus Rom. Pont. possit
 adire, &c. ex quibus meritò DD. asserunt
 dici legitimè impeditum, qui personaliter
 Superiorem adire nequit, et si Procuratorem
 mittere valeat. Neque etiam necessum esse,
 ut per litteras eam facultatem petat, quòd
 exponeret se periculo sui criminis detegen-
 di, si vel litteræ amitterentur, vel ab alio
 aperirentur: sicut ob id ipsum periculum
 DD. non obligant ad scribendum peccata,
 ne memorià excidant, nec ad confitendum
 in scriptis, quando voce nequit confessio
 fieri.

IX.
*Quid in
 isto casu
 possint
 Regula-*
 765.

9. Porrò cum Ordines Mendicantes
 per sua Privilegia, præsertim Sixti 4. quòd
 habetur in *Comp. Priu. Mend. V. Absolutio*
 quoad sæculares. n. 20. absolueret ac dispen-
 sare valeant, sicut potest Diocesanus. Sequi-
 tur eisdem idem posse. Pasqual. in *Q. Ca-*
non. Cent. 2. q. 146. P. Leand. à Murcia in
Regul. S. P. N. Francisci c. 7. q. 8. §. 2. n.
56. apud Dian. p. 9. tr. 9. Res. 61. Et P. Chal-
 saing. de *Priu. Reg. p. 1. tr. 5. c. 3. Prop. 5.*

X.
*Quid aliq
 Sacerdo-*
 765.

10. Quod si nec Episcopus, nec alius
 habens Privilegium adiri possit, absolueret
 potest quivis etiam simplex sacerdos. *c. Nis-*
per.

r. de sent. Excom. Vbi habetur: si difficile
ex aliqua causa iusta, quod ad ipsum Ex-
communicatorem absoluendus accedat,
concedimus indulgendo, ut præstita juxta
sententiam Ecclesiæ cautione, quod Excom-
municatoris mandato parebit, à suo absol-
vatur Episcopo vel à proprio sacerdote.
ubi Gl sic ergo, infert, simplex sacerdos
non potest absolvere. Sed hoc limita cum Bar-
tholomæo. *ibid.* modo sit approbatus ab ordi-
nario.

Pro Regularibus habetur singulare c.
de sent. Excom. in quolibet mē-
sio fiat solum de regularibus in Claustro se-
recutientibus, extenditur tamen à Felin.
ad. Et aliis, ad quoscunque casus Papales:

ii. In prædicto c. Nuper. quædam in-
veniantur obseruanda, quæ cum ad propo-
situm imprimis spectant, paucis expendendæ
sunt.

Primo itaque quod dicitur; si difficile
est, &c. Indicatur Impedimentum debere
esse Canonicum sive legitimum, cuiusmo-
di in iure sparsim expressa continentur his
seribus:

Regula, mors, sexus, hostis, puer, Officialis, Deliciosus, inops, agerque, senexque, sodalis, Ianitor, adstrictus, dubius causa, leuis ictus, Debilis, absolui sine summa sede mereantur.

Hos

XI.
*Impedi-
mentū de-
bet esse
legitimum:
causa iu-
sta absol-
venda: præ-
stita cau-
tio: cum
onere præ-
sentandi:
ac satis-
factione
parri la-
sa.*

Hos casus explanant communiter DD. in
c. si quis suadente. 17. q. 9. Vbi Barbosa singulariter
 videndus & Sylu. V. *Absolutio. 4. §.*
sciendum est 2. Soar. 10. 5. de 22. §. 1. refert al-
 quem Canonem, quo propter solam di-
 stantiam excusantur personæ potentes &
 delicatæ. P. Cyprian in *c. 7. Reg. Minor. l. 1.*
 23. id extendit etiam ad alias, quod Perfe-
 narum acceptio non sit, & cum Rodriquez
 10. 1. qq. *Reg. q. 20. a. 11.* dicat: neminem te-
 neri ire 20. Leucas (*leuca est miliare Gal-
 lorum vnius hora.*) vt confiteatur, &c. di-
 stantiam 20. Leucarum existimat impedi-
 mentum legitimum. Imò putarem etiam,
 inquit, si quis meritò timeret grauem calig-
 nationem & pœnam quamuis pro meritam,
 non teneri ad accedendum reservantem.
 Sed hoc magis ad seq. conditionem referat.

2. Vt fiat ex aliqua causa iusta. Talen-
 iudicat P. Marchant. in *tribun. Sacram. 10. 1.*
tr. 2. tit. 4. q. 9. Quando quis sine nota
 scandalo, infamia, diœteriis, suspitionibus
 aut similibus, non potest à communione
 Missæ celebratione, sacramentorum admi-
 nistratione abstinere, nec habet tunc ad
 manum aliquem, qui à peccatis reservatus
 absolvat. Imo in omni casu: ne pro dilati-
 one Pœnitentiæ, periculum imineat ani-
 marum. *iuxta c. vlt. de Pœnit. & remiss.*

3. Ex verbis allegati can. *præsita cautio-
ne. &c.* iuncto alio c. *Eos qui de sent. Excom.*
Inferunt insuper DD. ut in absolutione
censurarum, quæ datur ob impedimen-
tum in necessitate &c. Sacerdos absoluat
cum onere comparendi coram habente ad
id facultatem, non quidem ut ab eo absol-
vatur, quia iam absolutus est, sed ut se præ-
beat obedientem Ecclesiæ & paratum ad
aliquam pœnitentiam, si illam velit superi-
or imponere, cum hac tamen distinctione,
ut si impedimentum sit perpetuum, absolu-
tio detur absolute & simpliciter: si autem
impedimentum non sit futurum perpetu-
um, detur ad reincidentiam, hoc est, ut cum
primum potuerit, compareat coram S. Pon-
tifici, mandatum Apostolicum recepturus,
aliàs reincidat eoipso in eandem pœnam.
Et quidem Sanch. l. 2. *Moral. c. 13. n. 26.* pu-
tat Confessarium debere imponere pœni-
tenti hoc onus sub juramento *ex c. Quamvis.*
&c. Ea noscitur. de sent. Excom. Sed quia hæc
capita loquuntur tantum de percussione
Clerici, existimant alij probabilius non ef-
ferre ad alia extendendum, cum in alijs nullo
id jure caueatur. Dianæ Summa V. *Absol-
vere. n. 66. Dam in Meth. exp Conf. l. 3. c. 6. n. 2.*

4. Absolutus in mortis articulo à casti-
tatis reservatis, ab eo qui aliàs non posset,

non

non tenetur si conualescat, & cessante tali periculo, coram Superiore comparere, cui iure ordinario absolutio à talibus reservata erat. Si tamen peccato annexa sit censura, cessante mortis articulo sistere se debet Superiori, ad quem de iure pertinet, non ut iterum absolvatur, prout supradictum, sed ut mandatum eius accipiat & ostendat se obedientem ad recipiendam debitam medicinam & ad exhibendam maiorem satisfactionem, si Superior ipse maiorem iudicaverit imponendam, prout in Iuribus allegatis, specialiter autem in Bulla Cœnae D. decernitur de quo vide P. Elig. V. Casus reservatus. n. 31. Et P. Cyprian. cit. ac Summi. Diana, V. Absolvere. Item Sa eod. V. Absolutio ab Excom. n. 8. post V. Excom. & V. Absolutio. n. 17. vbi: absolutum ab Excommunicatio. ne ad aliquem effectum cum reincidentia, absolute negat reincidere, nisi in foro exteriori, si res est manifesta: alioquin in omnibus se posse gerere ut absolutum, per declar. Greg. 13. Casus occultos, quod Pape reservati non sint, absolui posse absque onere comparendi, docet P. Cyprian. cit.

5. Siue articulus mortis fuerit, siue quodcunque impedimentum, cum quis in fauorem læsæ partis Excommunicatus est, iuxta præscriptum Bullæ Vel aliàs etiam,

maximè

maximè verò cum nominatim denuncia-
 tus est, non absoluaturs absque læsæ patris
 satisfactione; in toto, si fieri potest, vel
 saltem secundum partem, quæ possit præ-
 stari. Vel casu, quod nec integra satisfa-
 ctio, nec in parte tunc præstari possit, detur
 cautio iuratoria de prædicta satisfactione
 præstanda; hoc enim totum præstandum
 est pro conseruando iure illæso tertiæ per-
 sonæ, cui facta est iniuria. *c. Parochianus. de
 sent. Excom. saltem in casibus Bullæ Cœnæ
 Tambur. l. 3. exped. Conf. c. 6 n. 3.* & pro
 foro externo; nam pro foro sacramentali
 seu conscientie, Lezan. *V. Absolutio. n. 9.*
 locet sufficere, quod pœnitens proponat
 facere eam satisfactionem, quamprimùm
 poterit. Creditur enim Pœnitenti in hoc
 foro. Idem tradunt apud Dian. *p. 2. rr. 16.
 Res. 4. Valer. Differ. vtriusque fori. V. Abso-
 lutio. Diff. 5 n. 3.* & alij dicentes: has condi-
 tiones dandas esse pro foro exteriori tan-
 tum, pro foro autem conscientie deficien-
 te possibilitate satisfaciendi, propositum
 iuramentum tantum valere, quantum cautio iu-
 ratoria, pignoratitia, &c. in foro judiciali.
 Quod si pœnitens habet probabilem opi-
 nionem, quod non teneatur soluere, ad ni-
 l tenetur. Et si habet purum dubium, po-
 test restitutionem suspendere, donec libe-
 retur

rerur à dubio: quia in dubijs, in materia iuriditiae præfertim, melior est conditio possidentis. Et in his casibus absolui potest sine satisfactione. Summa Dian. V. Bulla Cruciatus, n. 55.

Cæterum nomine Partis in hac materia nõ intelligitur Superior Prælatas aut Conditor Censuræ, sed alia persona distincta, quæ læsa fuit. Nomine satisfactionis autem intelligitur Restitutio honoris vel famæ vel aliorum bonorum, vel saltem petitio veniæ pro iniuria, ad arbitrium boni viri. Si læsus etiam liberaliter remittat iniuriam, non requiritur alia satisfactio. Quod maxime obseruandum pro percussoribus Clericorum, qui aliàs erant amici, qui si redeant ad pristinam amicitiam & familiaritatem, hoc ipso etiam remissa censetur iniuria. Auil. de Censur. p. 2. c. 7. disp. 3. dub. 11. vbi etiam notat, quod licet percutiens Clericum vel Monachum faciat iniuriam Monasterio vel Ecclesiæ, tamen satisfacto percusso vel remittente iniuriam, censetur pars satisfacta, & consequenter potest absolui, nisi fortè fieret Ecclesiæ aliqua notabilis iniuria, vt quando delinquens extrahitur iniuste ab Ecclesia. Etsi Riccius Decis. Cur. Neapol. p. 1. dec. 86. & p. 5. dec. 34. dicat simpliciter satisfaciendum esse Reip. seu Conuentui,

entui, quòd iniuria facta Monacho cen-
 scatur facta Monasterio & Abbati. *ex l. in*
 personam. ff. de pactis. Idem de Clerico asse-
 an. V. *Barit Bonac. de Censur. d. 2. q. 4. p. 5.*

Petes; utrùm possit absolui quis præstitã
 cautione, at reclamante parte? v. g. per-
 cussit quis Clericum, & offert sufficientem
 satisfactionem arbitrio boni viri, quam ta-
 men pars non vult acceptare, vt illum ve-
 neret. Dic. Quòd si res non est deducta ad
 forum contentiosum, licitè potest absolui,
 præstitã sufficienti cautione. *Auil. cit. dub.*
10. post Caiet. Henric. &c. quia iam non stat
 per ipsum, quin realiter satisfaciat, ergo
 non est in mora culpabili. At verò si res est
 deducta ad forum contentiosum, licitum
 erit absoluere pro foro conscientia, si talis
 Excommunicatus est in loco distante, vbi
 ignoratur Excommunicatio, vel quòd lis
 pendeat de eà re: secus autem, quando est
 in loco, vbi Excommunicatio publica est,
 vel vbi litigatur.

Hic aduerte, quòd si quis post præstitam
 cautionem vel iuramentum de satisfacien-
 do, postea satisfacere negligat, non reinci-
 dit in censuram, à qua fuit absolutus, cum
 id iure expressum non sit. Poterit tamen à
 iudice iterum excommunicari. *Lezan. vbi*
supra. Ex quo insuper notandum. Etsi sa-
 tisfactio

satisfactio hæc nõ sit de substantia seu essen-
 tia absolutionis, ita vt sine illa non valeat,
 cùm nullo jure id caueatur, & expressè id
 teneant DD. nihilominus absoluens à cen-
 sura, non præmissâ satisfactione peccat
 contra charitatè non procurâdo restitucio-
 nem damni illati proximo: Contra justi-
 tiam etiam, si ex officio id illi incumbat,
 Imò habens facultatem limitatam ad ab-
 soluendum parte satisfactâ: non solum il-
 licitè, sed invalidè absoluit, vti de Casibus
 Bullæ Cœnæ singulariter aduertit DD. *ibid.*
 Caterum à prædictis sententijs nullus per
 alium, quàm per Rom. Pont. nisi in mortis
 articulo constitutus; nec etiam tunc, nisi
 de stando Ecclesiæ mandatis & satisfaciendo
 cautione præstitâ, absolui potest, etiam
 prætextu quarumcunque facultatum, &c.
 vbi verbum, *Nec possit*: denotare videtur
 absolutionem aliter datam esse nullam. Le-
 zan. *cit. n. 9. Et 11. & V. Bullæ Cœnæ. n. 53.* Al-
 terum, quod hîc & aliàs etiam in jure (vt
 hoc incidenter annotem) *e. Ex tenore. & c. de*
de casero. De sent. Excom. iniungitur, de
 stando seu parendo mandatis Ecclesiæ seu
 Superioris absoluentis; aliud non est, quàm
 quod penitens nolit amplius committere
 tale delictum, ob quod in prædictam
 Excommunicationem inciderat. Sancti
 l. 2.

l. 2. Moral. c. 13. n. 22. Et alij communiter.

12. Quod hucusque differuimus, et si Casus Papales potissimum concernat, valet tamen perinde in alijs aliorum Superiorum Casibus; quare si non pateat aditus ad Episcopum pro absolutione alicuius casus ipsi Episcopo reseruati, nisi cum magna difficultate aut mora, potest absolui talis à quolibet Confessario, sicuti supra dictum est de Papalibus: fieri enim potest, ut non minus difficilis sit aditus ad Episcopum, quam ad Papam, & nihilominus adsit necessitas communicandi aut celebrandi. Deinde *e. Nuper.* satis docet id locum habere respectu cuiuslibet reseruantis, dum dicit: **V**erum si difficile sit ex aliqua iusta causa, quod ad ipsam Excommunicatorem absolueudus accedat, &c. ubi vox *Excommunicator*, generalè habens significationem, satis expressè comprehendit quemlibet Prælatum & excommunicare potentem. Ita contra Soar. p. 3. tr. 4. disp. 40. s. 3. P. Cyprian. in c. 7. Reg. lect. 23. & alii plures apud Dian. p. 5. tr. 14. Res. 58. Etp. 9. tr. 7. Res. 11.

**ABSOLVTIO QVOAD
FRATRES.**

13. *Facultas absoluendi Regularium.*

B₃

14. Ex-

XII.
*Extensio
ad casus
quoscun-
que.*